

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6496

**Autre(s) référence(s)** : Bates 144 / ARTEM 2717 / Round 115

**Auteur(s)** : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Guillaume de Rots, Fécamp, La Trinité (abbé)

**Genre d'acte** : diplôme

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1085

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Guillaume [Ier], duc de Normandie et roi d'Angleterre, confirme la donation faite par le roi Édouard à l'abbaye de Fécamp du manoir de Steyning et donation de celui de Bury en compensation de biens contestés à Hasting.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 12 (2).

A'. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 2151.

### Éditions principales

a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche VIII.

b. Chaplais Pierre, *Une charte originale de Guillaume le Conquérant pour l'abbaye de Fécamp*, la donation de Steyning et de Bury (1085), dans *L'abbaye bénédictine de Fécamp*, ouvrage scientifique du XIIIe centenaire, 658-1958, Fécamp, Durand, 1959-1960, t. 1, p. 93-104, 355-357., p. 103-104 ; planche I et II.

c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 144, p. 476-478.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 115. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 206.

## Dissertation critique

Artem n° 2717 et n° 4553.

Texte établi d'après c

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MILLESIMO OCTOGESIMO QUINTO, EGO GUILL(EL)M(US) DEI GRATIA patronus Normannorum et rex Anglorum, timore Dei tactus et amore, concedo illud donum æcclesie

Fiscannensi sanctæ Trinitatis quod eidem æcclesie fecit rex Edwardus de Estaninges et quicquid ad eiusdem manerii terram pertinet libenter ex mea parte dono pro salute animæ regis Edwardi ac meæ animæ et Mathildis coniugis meæ, necnon et filiorum meorum animarum cum legibus et consuetudinibus et socha et sacha. Et si Fiscannensis æcclesia predictum manerium tempore regis Edwardi non habuit, manerium tamen et quicquid predicta æcclesia tempore meo in Estaninges habuit eidem æcclesie dono. Preterea manerium de Beriministre unde Willelmo abbati Fiscannensi et monachis suis placitum et rectitudinem obtuli et in ipsis remansit. Et ideo mihi illud manerium omnino quietum remansit, predictæ æcclesie dono et concedo pro clamore quem erga me faciebant de rebus illis quas tempore regis Edwardi in Hastings habuerunt, eo videlicet tenore ut si istud manerium plus valet quam redditus ipsarum rerum de Hastings quas amiserant, ego tamen totum illud manerium et quicquid ad ipsum pertinet predictæ æcclesie concedo cum legibus et consuetudinibus et socha et sacha. Si vero tantum non valet, escangium eque valens eidem æcclesie persolvam. Et quoniam hanc concessionem futuris temporibus volo esse inviolabilem et ratam, ego rex Will(el)m(us) signo sanctæ crucis et sigillo meo cum regali auctoritate confirmo et manibus procerum meorum corroborandam trado.

+ S(ignum) Willelmi regis Anglorum. + S(ignum) Willelmi comitis filii eius. + S(ignum) Lanfranci archiepiscopi.  
+ S(ignum) Roberti comitis de Mellent. + S(ignum) Alani comitis. + S(ignum) Hugonis de Monteforth. + S(ignum) Balduini de Essecestre. + S(ignum) Hugonis de Grentemesnil.